

ETYMOLOGIARVM,
DEFINITIONVM,
ET DIVISIONVM
IVRIS VNIVERSI EX-
POSITIONES,

* * *

Io. Belloni Tholosatis Iureconsulti ope-
ra nunc primum in lucem emissæ.

LITERAE ET ARMA PA- RANT (QVORVM



LITERAE ET ARMA PA-

DEA PALATII HONOREM.

LVGDVNI,

Apud Bartholomæum Molinæum.

M. D. LXII.

Num. 46. cap. 8. 1711

Coll. Soc. Iesv Salam. ex dono Regni





IOANNES BELLONVS AD
LECTORES IVRIS STUDIO-
SIS SIMOS.

* *



Vanquam, bone lector, extremi laboris sit opus, quod tibi parauimus: tamen tua causa nihil non subire volumus. Scio enim te nobis gratiam habiturum, si saltem premium non expectamus. Non autem ignoro me plurimos mihi conciliaturum inuidos atque maleuolos, qui hanc operam nostram qualemcunque improbabunt atque, aspernabuntur: sed eos nihili, aut parum facio. quæcunque enim scribimus, candidatis atque beneuolis Lectoribus, eisdemque doctis scribimus: non autem maleuolis hominibus, qui omnia in peiorem partem rapere solent, quibus non placet quod ad communem omnium studiosorum utilitatem confectum est: quibus soleo frequenter obiicere, ut edant sua aliorumque iudicio committant. De hoc autem opere quæcunque sit, malo posteros iudicare quam vitæ presentis homines: laudemque magis à sera posteritate expecto, quàm à presenti seculo, in quo singulas etymologias, definitiones atque diuisiones omnium penè iuris nostri vocabulorum ordine literario in vnum collegimus. Quantum autem operæ atque olei in hoc negotio insumpserimus, res ipsa indicabit. Quamobrem grato animo accipere debes candidate lector, quod grata tibi offertur voluntate, quod non vnius diei aut mensis, aut anni spatio perfectum est, sed longo satis tempore plurimisque vigiliis tandem annuente Deo consummatum est. Vale, Auenione, Cal. Ianuarij. 1551.

PRAEFACIUNCULA.



D plenam verborum omnium cognitionem, significationem — que intelligendā conducere plurimum illud arbitror, ut origo vocabuli primū intelligatur, deinde quid sit, po-

stremo verò ut si multiplex sit, in varias species siue partes diuidatur. Hic mihi verius videtur ordo in tradenda vocabulorum significatione, quem haecenus à nemine interpretum nostrorum, pace eorum dictum sit, obseruatum animaduertimus. Quapropter moti iusta de causa fuimus: ut in hoc opere primum Etymologiā secundo definitionem, tertio diuisionem singularum nominū, siue ut vulgò dicitur, terminorū iuris, verum doctrinae ordinē sequendo subijceremus. Et ne cōfuse aliquid tradatur, alphabetica serie omnia iuris vocabula digessimus: quò facilius quodque vocabulum studiosi iuris lectores inuenire possint.



B I G E I ab abigo dicti, auctore Vlpiano proprie ij sunt, qui pecora ex pascuis, vel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem

exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes. iij l. ff. de abig.

A B O L I T I O nomen est deductum ab ab, priuatiua particula, & verbo, oleo, Et significat quassationem, ablationem, abrasionem, destructionem: vt ne odor quidem eius relinquatur. Et ita definitur in iure per glo. in rub. C. de abolitio. Abolitio est accusationis institutæ persententiã inter locutoriã perreptio. Est autem duplex, generalis & specialis, secundum Doc. Tu verò dic esse triplicem abolitionem, publicam priuatam & legitimam. quæ diuisio probatur ex l. abolitio. cõiuncta l. aut priuatim. ff. ad Turpil. senat. & de abol. crimi. Abolitio publica à l. appellatur, quæ publicè fit à principe ob diem insignem, quo natus est ei filius, aut ob publicam gratulationem, quia publicus ludus fit, vel ob rem prosperè gestam, quia deuicit ho-